



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

An in Ecclesia sit potestas relaxandi iuramenta homini præstita. punct. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

De Relaxatione Iuramenti.

52

Ca. Probo discurrendo per singulas personas. Primo. Pontifex irritare potest Iuramenta de alienandis, vel non alienandis rebus Ecclesiae, de renuendo beneficio, de non augendo numero Canonorum, & non acceptando gradu Doctoratus in alia Academia, & similia. Quia sunt de materia dispositioni Pontificis subiecta; ac proinde censetur tempore excepta potestas superioris, & clementia de iurecurando. Sic Coart. de patris i.p. §.3 num.5. verl. 8. Sanch. lib. 3. in Decal. c. 20. num.1. Neque ad irrationem horum Iuramentorum via cauſa exigitur, sufficiens enim cauſa est, negandi tibi vobis materia subiecta Pontificis dispositioni, quod vere illa materia tua dispositioni subiecta sit. Sic Silvester verbo Iuramentum s. q. 2. Azor. i.p. lib. 1. infractionum moralium s.9 q.9. & c. 10. in fine. Sanch. lib. 3. sum. 2.0. num.1. tametsi alij contrarium fenant.

Secundo Episcopatus in sua Diocesis potest irritare Iuramenta, quo ipso inconfuso beneficiarii præterierit de materia eius dispositioni subiecta, ut si iurarent, non acceptare præbendam, neque Ecclesiæ feruire, potest Episcopus, si iudicauerit conuenienter cogere, ut acceptent, sicut cogit. Gregorius Florensis Archidiaconum, c. Florensum 85. distinct. Et nota ut Sanch. dicto lib. 3. sum. 2.0. num.7.

Tertio: Prelatus regularis, potest quocunque Iuramentum à religioso factum irritare. Quia ratione voti obediencia plene religio voluntas est Prelato subiecta: ita ut absque illius contentu nihil firmum stat posse. Sic Sotus lib. 8. de iustitia q. 1. art. 9. ad finem corpor. Petrus de Ledesma 2. tom. sum. tract. 11. c. 4. dub. 1. quos referit, & sequitur Sanchez lib. 3. in Decalog. c. 20. num.3.

Quarto, vir ea Iuramenta vxoris in fauorem tertii irritare potest, qui fuerint de materia sua dispositioni subiecta. Cum autem marito non solum sua bona, sed etiam bona dotalia uxoris ei subiecta sint, leg. doce antillam, C. de rei vendicat. Effectus sane, quocunque Iuramentum de his bonis disponens irritari à marito posse. Sic Matienço, Gutierrez Sanchez, & alij statim referendi. Indo credo, hæc Iuramenta spacio iure Cattellæ nulla indigere relaxatione: cō quod obligatoria non sint. Prohibita namque est uxori sine licetia viri contractum, vel distractum habere, leg. 2. tit. 3. lib. 3. capit. 1. Ego Iuramentum, afficiens talen contractum, obligatorium esse non potest, viptote factum in viri praediūcum, & contra legis prohibitionem ex Textu in e. cum contingat de iurecurando, c. quatuor pactum de patris in 6. & ita retinet Matienço d. 1.2. Glos. In fine num. 18. Gutierrez. Authent. Sacramenta pauperum, à num. 4.2 & i.p. de Iuramento confirmator. c. 1. n. 34. Molinatorm. 2. diff. 343. vers. de uxori, Sanch. lib. sum. c. 20. n. 3.

Aduerendum tamen est bona uxoris durante matrimonio dispositioni mariti subiecta esse. Quia ad sustinenda matrimonij onera conceduntur, leg. pro curribus, C. de iure dojum. At matrimonio dissoluto cetera subiectio: neque de illis maritus disponere potest, ex quo si si uxori disponar de suis bonis in tempore, quo matrimonium fuerit dissolutorum, vel morte viri, vel proprijs, pñamque dispositionem Iuramentum firmans non videatur maritus tale Iuramentum irritare posse. Quia non credit in eius praediūcum, neque est de materia, quo eius dispositioni subiecta sit spectato tempore, pro quo sit dispositio. Sic Gutierrez. d.c. 1. num. 34 fine Sanch. d.c. 20. num. 3. Burgos de Paz cons. 2. num. 97.

Quinto, Dominus respectu serui irritare eius Iuramenta potest, si vergant in eius praediūcum. Indo censeo, hac non indigere relaxatione, viptote obligatione carentia. At Iuramenta de materia, que fuerit extra eius dominium, irritare non potest, quia in illa materia non procedit iuris ut serui, sed ut liber. Sanchez dicto c. 20. d. 2. fine.

Sexto patres & tutores quacunque Iuramenta, quibus pupilli, seu impuberes firmant contractum rerum suatum, irritare possunt. Quia secundum probabilem sententiam non sicut contractum. Indo spectata nostra sententia cum nulla obligatio, nec ciuilis, nec naturalis sit in his contractibus, nulla indigent hæc Iuramenta relaxatione, viptote cædenti supra materiam vanam & inutilem. Iuramenta vero, quibus puberes suatum rerum contractum firmant, non poterunt patres, nec tutores irritare. Quia ratione Iuramenta extracta est materia ab eorum dispositione, & minoris dispositione legis facti sunt maiores per Iuramentum. Quapropter non concedunt illi seftiorum in integrumseriam ex contractu levi sunt, ut bene adiuvet Lefsius lib. 1. c. 42. dub. 12. n. 61. ex lego 1. c. 2. C. si aduersus venditionem.

2. Secunda Regula est: remissione seu condonacione creditoris, de materia sibi promissa, cestare Iuramenta obligacionem. Quia cetera fundamentum illius. Deus enim in tantum obligari iurarem vult, in quantum is, in cuius gratiam sit, optat esse obligatum, si igitur sit remittit obligacionem, & Deus remittere censetur. Posse autem eum, in cuius utilitate cedit Iuramentum, hanc remissionem facere, nemini potest esse dubium: cum cuiilibet datum sit, debita libi remittere. Hæc

autem remissio non est proprie relaxatio, aut initatio. Quia neque est actus jurisdictionis spiritualis nisi poteratis dominio. Bonac. diff. 4. q. 1. de Iuramento pndt. 17. n. 3. Et tamen actus dominii in materia promissarii causa de causa ad irrationem reducitur. Quapropter ut hæc remissio cum habeat, debet materia Iuramenti in utilitatem remittere. Nam si in honorem Dei credit, et occasione hominis oblatam sit, ut si iurares Petro te ingrediorum religionem, locum habere non potest hæc remissio, alij alias docet Sanchez. d.c. 20. n. 5. & lib. 1. de matrimonio diff. 52. n. 9. ad primum.

3. Difficultas vero est: an possit creditor Iuramentum non perfidum principalem in honorem Dei remittere, eo quod tota obligatio in sui gratiā & fauorem cedit. Verbi gratia in utilitate promissi sub Iuramento aliqui pauperi elemosynam poterint pauperi obligacionem remittere?

Et quidem si pauperem non determinasti; claram est voluntatem illius qui potest obligationem remittere. Quia illud Iuramentum Deo est factum, & inducit rationem voti in neque res promissa credit in gratiam huius pauperis determinari, sed huius vel illius ergo nullus est in particulari, qui possit remittere. Sicut Sanchez d.c. 20. sum. c. 20. num.8.

Verum si pauperem determinasti; probabilius est, & nihil certum temerite posse obligationem, non lenido promissum acceptare. Quia illud Iuramentum censetur raciam conditionem habere dummodo veli promissum acceptare is, de comodo agitur. Non enim, { ut bene ait Lefsius statim allegandus} intendis invenire ad beneficium acceptandum cogere, vel noleti obtundere. Ergo si ille nolit, vel condonare, non obligari, & cedat enim conditio, sub qua obligatio indebita est.

Quod vero Thomas Sanchez lib. 1. de sponsalib. et diff. 21. num. 7 fine 8. & 9. & Suan. lib. 2. de Iuram. s. 39. num. 8.1 & 12. Infinuit posse pauperem remittere obligationem iustitiae remanente Iuramentum si veli promissum impletum, nihil non probatur. Nulla enim ex sopraddictis Iuramentis obligatio iustitiae, aut fidelitatis in promittente oportet comparatione pauperis, sed tota obligatio est computatione Dei etio in pauperi vestitatem cedit. Quapropter nulla alia via potest pauperi obligationem remittere nisi vel condonando promissum, vel lenido ilud accepere.

P V N C T V M III.

An in Ecclesia sit potestas relaxandi Iuramenta homini praestita.

S V M M A R I V M.

1. Certum est, hanc in Ecclesia esse potestatem.
2. Quæ sit legitima causa huius relaxationis.
3. An Iuramentum solvendico, que tuto ad creditum sunt acquistata, possit relaxari? Negat Sanchez, utrumque est oppositum.
4. Ob turpiditudinem creditoris relaxari Iuramentum potest.
5. An procedat hæc doctrina, si surpedito vestrum in exigendo Iuramento, & non in re iurata? Negat aliqua, sed contrarium est dicendum.
6. Concedi potest ab Episcopo relaxatio Iuramenti tenui mens extorti.
7. Possunt supradicta Iuramenta post commissum peritium relaxari.
8. Poteſt fieri hæc relaxatio sine manifestatione commissi peritii.
9. Primi regio bullæ, & alij priuilegiis concedentibus potestem dispensandi in votis iuratis, hæc Iuramenta inquit extorta relaxari non possunt, ut probatum de fundatione.

1. Ceterum est Christum Dominum potestatem relaxandi Iuramenta in Ecclesia reliquise, viptote ad animorum salutem & rectam Ecclesiae gubernationem necessarium. Solum est spectandum; an ad ista causa iusta huius relaxationis. Nam ea secula nequit Pontifex hanc remissionem concedere. Quia Deus, cuius nomine eam concedit, non approbat, priuilegium namque hominem absque rationabilis causa iure libi quodlibet iniustum est. Ex quo sit, Pontificis non solum non posse absque causa legitima Iuramenta in gratiam hominum facta relaxare, sed nec commutare. Quia unum pro alio inutile creditore soli hequit; I. mutuum ff. si certum peritum. Si Abbis c. peruerit, et segundo de iurecurando, Siluet recto Iuramentum, 4.9.20. Angel. ead. 5. num. 33. Sanchez lib. 3. sum. c. 21. num. 3.
2. Si autem roges. Quæ sit legitima causa huius relaxationis?

tionis? Respondeo duplice: in genere esse ipsam, quæ bonum commune directè recipit, et quæ pœnam creditoris. Bonum commune directè recipit, si obterroto iuramenti bono communi obiter, vi si iuratus non denuntiare, non accusare, non contra testari. Hac enim iuramentum obtinet recte administrationem. Quia iuramentum ne criminis detegantur, & puniantur; ne iniurias opprimit possit. Quia hæc iuramentum a quilibet autoritatem quasi Episcopalem habente relaxari, opima possunt. Imò credo regulariter nulla indigere relaxatione, ut pote nullam obligationem inducentia. Ad huiusmodi causam reducuntur omnia iuramenta cadentia super contractus lege prohibitos; præstat enim sufficiens relaxationis easam legis transgressio. Si forte necessaria fuerit, quod dixerim, quia vi super, disputat, probatur et iuramentum licitum, & obligatorium esse non potest, nisi promissio nem validam confitemet; aut in redemptionem vexationis apponatur.

3. Ex his inferri potest: an iuramentum solvendi ea, quæ ludo vetito sunt acquista, vel que in Hispania ad causam acquisitionis possit ab Episcopo relaxari?

Sanc. lib. 1. de sponsalibus disp. 31. num. 2. Conset relaxari non posse. Moutetur, quia ex communione sententia non tenetur recipiens hanc pœnam restituere. Ergo nullam turpiditudinem committit, ergo non nullam præbet causam relaxationis.

Vetus tam in cœlo et in terra hoc iuramentum posse, ut prope in fraudem legis emulsi, & turpiditudinem contineat aduersos leges saltem cum de facto acceptat. Sic alii relatis doctores Gurieri. t. p. de Iuram. confirmat. c. 53. num. 8. & probabile reputat. Sanc. lib. 3. in Decal. c. 21. num. 10. & lib. de sponsalibus disp. 32. num. 24. Plures Doctores pro hac parte adducunt. Imò x. simo hoc iuramentum relaxatione non indigere: quippe quod cadit supra materiam indebet. Leges enim Castell. 8. & 9. tit. 7. lib. 8. recop. Ita has promissiones & obligations prohibent, vi prossimis irritas & nullas faciunt. Ibi. Damos per nullas qualesquier obligaciones scripturas promissas que in tales personas circa defensionem. Ex quibus verbis (in eo iudicio) manifeste efficitur, resipientem sic acquista tenire non posse; obligatio amque esse si recipiat, restituere. Quia alienum recipi non potest, nisi debetur. At vi illius promissio non debetur eo ludo acquisitum, cum promissio nulla sit. Ergo recipi non potest. Deinde iuramentum de illa solutione facienda nullum est; quia est de acta quadam vana & inutili, neque ex redemptione vexationis honestato. Et ita tenet Valsquez opacul. de testamento. c. 3. subio 2. n. 40.

4. Secunda causa, ob quam iuramentum in utilitate hominum factum relaxari potest, est turpitudis eius cui præsumit est, vel quia iniquè exigit, vel quia delictum committit, dignum punitio iurius acquisiti & periret enim ad bonum Ecclesiæ delicta punire & iniurias tollere, fraudeisque remouere.

Et quidem posse relaxari iuramentum in pœnam delicti commissi nem inesse potest dubium. Si enim delinquis puniti potest ob delictum boni propriis acquisiti; & fortiori puniri potest acquirendis, cäque de causa iuramentum fidelitatis & obedientie excommunicato præstatum remittitur in e. non sanctum. iuratos 15. q. 6. Et noratus Lessius lib. 2. cap. 4. sub. 12. num. 64.

Potest autem relaxari iuramentum, quia iniquè extortum est, constat. Quia eo iuramento nullum ius pati, in cuius utilitate cedit, acquisitum; sed solum Deo. Præstat ergo Dei vices gerens obligationem remittere; ne iniulus ex iniustitia facta commodum congequatur neve iuratus iniuste vexetur. Quid verum habet, etiam si turpido non sit commissa a creditore, sed ab alio rectio. Quia iam tertius iniustiam commisit, & iuratus iniuste vexatur, quæ est postulata causa huius relaxationis.

Hanc relaxationem concedere potest non solum Pontifex, sed Episcopus, & qui potestatem quasi Episcopalem habent. Sic alii relatis Conat. de padis 2. p. 53. num. 2. in principio. Molina tom. 1. cap. 2. disp. 149. fol. 742. 9. 89. art. 7. circa solutionem ad 3. Sanc. lib. 2. de Iuramento. c. 41. num. 6. & 7. Sanc. alias referens lib. 2. de sponsalib. disp. 32. num. 15. & lib. 3. in Decal. c. 21. num. 6. Neque obstat. c. si vero ex verum de iure iurando, ubi dicuntur, haec iuramenta à summis Pontificib. sole relaxari, quia vi bene responderet. Abbas eo c. verum num. 2. & Alex. de Neu. num. 3. & Sanc. illa disp. 32. n. 15. Pontifex narrat factum; non tam referunt sibi eam potestatem; ac proinde condenda est Episcopis concessa, iuxta c. nuper de sententiâ excommunicatis.

5. Restant tamen aliquæ difficultates examinanda. Prima: an superior doctrina procedat, cum turpido veritate in modo exigendi iuramentum, non in re iurata, ut contingit quando creditor debitorem cogit menti, & vel fraudem iurare iuratum debitus legitimam. Negant aliqui sed abfique fundamento. Quare dicendum est relaxationem concedi posse. Quia

Erd. de Castro Sum. Mor. Pars. II.

in petitione illius iuramenti feci creditor iniuriam; & consequenter tenetur ilam quoad fieri possit reparare. At si alia via apriori reparari potest quam iuramenti remissione. Teneatur ergo ipse eam facere, fin minus pœnalis. Nam certissimum est (v. inquit Sanc. 2. lib. 2. de Iuram. cap. 4. num. 51.) Quoties superior cogere potest creditorem, ad remittendum iuramentum, posse ipsum remittere: Addo satis bono communi expedit hanc relaxationem concedere, ne iniuliæ vexantes effectum tue iniquitas obneant, & ne vexati graventur sine causa.

6. Secunda difficultas: an concedi possit ab Episcopo haec relaxatione si metu leui iuramentum extortum sit Sanchez lib. 4. de matrimonio disp. 20. num. 9. Refert, duas oppositas sententias, quarum prima negat concedendam esse relaxationem, coquid in cap. si vero de iure iurando & in cap. verum eodem rit. de gravilium metu menti fiat. Secunda vero sententia affirmit concedendam esse relaxationem, quia iuramentum metu etiæ leui factum sponte non praestatur, quam spontaneum consenserit requiri iuramentum ut relaxari non possit. cap. si licet. ex. accepta de restitutio sibi solitiorum, & Authentica Sacramenta puberum. Cad. si aduerſus venditionem. Pro virtute sententia plures Doctores Sanchez refutat, eos tamen he conciliat, & negativa sententia procedat in foro externo; eo quod in illo foro non admittatur rescullo contractus ex metu leui. Secunda vero procedat in foro conscientiae, quia adeo turpido ex parte recipiens taliter, quod in illo foro neque sic merum incutens tenere ex via acquisita, sed obligatus est recessus, hec ut si metus gravis incutens esset, consonat haec sententia Sanc. lib. 2. de Iuram. cap. 4. num. 9.

Aido, et hoc verum sit, nihilominus etiam in foro externo datur huius iuramenti relaxatio, quando non ad petitionem partis procedit iudex, sed ex officio, tunc enim conuenienter illum est, hanc relaxationem concedere, ne iniuliæ etiam leuissime effectum habent.

7. Tertia difficultas est, an supradicta iuramenta possint post commissum periculum relaxari.

Communis sententia Canonistarum negat esse concedendam. Si Cardinalis cap. delitores de iure iurando, fine. Vbi Inimola num. 8. Abbas cap. 1. eodem tit. num. 3. & ibi Felinus num. 28. Federicus Sencensis Anchardanus & alij quos sequuntur Conat. de pactis 2. p. 53. num. 2. & addit. Felinus supra num. 3. Neque pariem posse remittere, postquam altera pars in periculum incidit. Conatur vero dicere, posse remitti à parte obligacionis iuramenti, quæ remanet; non tamen commissum periculum; nisi forte quod pœnam. Limicata tamen haec oratione Felinus & Panormitanus supra, ut procedant quando perierat in periculo; ut si iurati solvere tempore determinato; neque soluti; ceteris, dum non solvi, perierat in periculo; quia persecutoria posita, non potest tibi beneficium relaxationis concedi; sed debes solvere; esto postea possis repetrere. Secus vero dicunt supradicti Doctores esse, si ex aliqua causa a periculo excusat, vel quando ipsum periculum non trahit tractum successuum; sed semel commissum, ab eo desististi; ut si iurasti non contrarie te venditioni; contravenisti; ut si iurasti peccasti. At si delictum periculum non continuas; poteris runc relaxationem iuramenti obtinere. Fundamentum horum Doctorum definiunt ex cap. quia frusta 14. de iuris ibi frusta legi auxiliis invocat, qui commitit in legem, qui ergo committit in legem iuramenti frusta petit illius relaxationem.

Cæterum concedi posse relaxationem iuramenti iniquè extorti post commissum periculum, non solum in foro conscientiae (in quo non existimo locutos supradictos Doctores) sed etiam in foro externo tener. Sanc. lib. 1. de sponsalibus disp. 32. num. 16. Sanc. tom. 2. de Reig. lib. 2. de Iuramento cap. 41. à num. 22. vñque in finem & alijs apud ipso. Ratio est, quia ex commisso periculo non collitur potestas in relaxante. Non enim turpido alterius superiori obesse potest. Ergo potest relaxare, ac si nullum esset commissum periculum. Neque obstat supradictum cap. quia frusta. Potest enim non posse ut beneficio legis, qui commitit in legem, qualiter commitit, iuratur, qui virtute literarum recuperatae sibi debita intendit; & tamen non vult ipse restituere quæ debet. Et enim non venit beneficio literarum ad execuendum pecatum, sed ad perieverandum in illo. At perius relaxacionem iuramenti, etiam commisso periculo, int' dicit ex eventu peccati, imò quando cam peccatum perieverat in peccato per iurij, & consequenter non commitit in legem, etiam si in illam committeret, quia vi bene dicit Sanc. illo cap. 41. n. 23. obligatio solvendi non ita virgo pro singulis momentis i quin possit quis & dolere de transfiguratione iuramenti & proponeat ilud non amplius committere, vel soluendo vel statim sine morta quærendo relaxationem. Quare dum illam querit; periculum non committit. Quia iuramentum semper intellegitur factum sub conditione, petendi relaxationem, si causa subiicit. Addo nulla lege periculum reddi incapacem talis

E 3 relaxantis

De Relaxatione Iuramenti.

54

relaxationis; licet eam propter commissum periuium puniri possit; non tamen iuratur puniri in denegatione relaxatio-

nis. Cum ergo id affirmandum est?

Ex qua doctrina infero cum Suar. d.lib. 2. de Iuramento c. 41. num. 26. non esse talen relaxationem nullam; esto petatur sine manifestacione commissi criminis. Quia hoc non per se confert ad iustitiam, vel causam relaxationis; & qui illam peccat, potest aliter penitentiam agere de commissu periuio suu si scilicet votum ingredendi religionem intra annum, illudque violasces, postea sequenti anno (causa sufficiente existente) petere dispensacionem, etiam tacita transgressione voti. Quia nullibi canetur hanc transgressionem esse manifestandam. Neque dum illam relaxationem procuras, reus es voi; & quia ian facis, quod in te est, ut a voto liber exitas. Secundum infero ipsum creditorem posse condonare Iuramentum, & vocum tuum debitorum non obstante peccato debitoris. Quia propter periuium debitoris priuandus non est creditor iure suo, liber disponens de rebus suis, & remittendi gratis sua debita. Et hinc sumit Suar. & bene, argumentum quod id possit facere superior, qui voluntatem subdit quasi eminenter in sua potestate continet; immo potest cogere creditorem, ut relaxet iuxta textum in cap. 1. de iuramento, non obstante mota virtutis debitoris: Tum quia textus nihil distinguunt; an cogendi sunt ante commissum periuium relaxare Iuramentum, vel post. Tum etiam quia peccatum debitoris nullum ius dedit iniquo creditori; neque liberavit illum a debito relaxans. Potest igitur eodem modo cogi. Nam interuenient perius non diminuit potestem relaxandi Iuramentum iniquo extortum. Hanc coactionem facere potest index Ecclesiasticus etiam in seculares creditoris iuxta d. 1. & docet ibi Abbas n. 3. Al. x. de Neus n. 8. Couart. 1. variar. c. 4. num. 4. Et hoc est optimum remedium quoque creditori noluerit tale Iuramentum removere, vel quicunque debitor maledictum fuerit ad creditorem accedere pro relaxatione.

Quarta difficultas. An priuilegio bullar. & alii priuilegiis concedendibus potestem dispensandi in votis iuratis, possint hæc Iuramenta iniquo extorta temiri? Respondeo videtur probabile id fieri posse. Quia ex his nullum ius partis est acquistum, sed Deo; & proinde tanquam vota iurata regulanda sunt. Si Bartholomaeus de Ledesma, dub. 13. de matrimon. post 3. conclusione pag. 1354. Manuel Rodriguez 1. tom. summ. 2. editione c. 231. num. 4. & c. 189. num. 9. & c. 244. num. 4. Emanuel Sá verbo Iuramentum num. 32. indicat Tadet lib. 4. cap. 23. n. 2. & 3. i. principio. Oppositum tamen est longè probabilius; & quod hæc Iuramenta non sicut Deo, & in eius gratiam; sed homini, ac proinde non habent rationem voti, sed Iuramenta. Quapropter per bullam, aut quodvis aliud priuilegium concedendis relaxationem voti si iurasti hæc Iuramenta relaxati non poterunt. At si priuilegium concedetur relaxationem Iuramento, absque tertii præjudicio; sicut hæc Iuramenta comprehendenter; cum ex eis nullum ius tertio acquiratur; & ac proinde eorum relaxatio abgue præjudicio tertii sit. Et ita doceat relato Petro de Ledesma Sanch. lib. 1. de sponsalibus diff. 32. num. 17. & lib. 3. sum. c. 21. num. 16. Suarez lib. 2. de Iuram. c. 41. num. 15.

P V N C T V M . I V .

Qualiter Iuramenta apposita contractibus in quibus dolus incidit, possint à iudice Ecclesiastico relaxari?

S V M M A R I V M .

1. Si sicut ab impubere esto doli capace relaxari possunt ab Episcopo.
2. Secus facta Iuramenta à puberibus nisi less fucent ultra dimidium.
3. Quid si minores iuraverint, non contrauenire contractui, nec ratione minoris statim, nec less, neque alia ratione.
4. Si Iuramenta praestentur à maioribus viginti quinque annis, non possunt ob enormem lessionem relaxari: secus ob enormissimam.
5. Quis sit lessio enormissima?
6. Solum in contractibus reciprocis datur recessio contractus ob eorum, vel enormissimam lessionem.
7. Si contractus Iuramento praestitus fuerit geminatus, aliqui negant posse dari relaxationem, probabilitus est oppositum.
8. Non est locus recessioni contractus nec relaxationis, si deceptor volit infam estimationem rei supflare.
9. In Romana curia non conceditur relaxatio ad effectum agendi in obligationibus cameralibus.

10. Praesita abolitione Iuramenti ad effectum agendi sit posse declaratur contractus nullus, obligat, iuramentum, iuramentum si iniurias declaratur.

11. An in illa casibus, in quibus ob lessiones enormes, vel enormissimam potes agere ad recessionem contractus vel preter supplementum indigas iuramenti relaxationem, videris non indigere.

12. Contrarium defendit communis sententia.

13. Conciliantur supradicta sententia.

Hæc Iuramenta fieri possunt ab impubere, à pubere, & pax hi, & proximus pobertati; possunt ab Episcopo relaxari, quia ob defectum minoris statim contractum non habent sic Sanch. lib. 3. sum. c. 21. n. 18. Non carcer probabilitate, vs ex super. diff. comitari hac Iuramenta relaxationem non impinge. Quia obligatoria non sunt; eo quod cadunt super contractus a iure reprobatos.

2. Sive r. hæc Iuramenta à puberibus sicut: quia habent viam firmandi contractus, ac si tales contractus essent a maioribus celebrati, ex Texu in Authent. Sacramenta à puberis non poterunt ab Episcopo relaxari, nisi forte less fuente ultra dimidium. Nam haec lessione sicut potest Episcopus relaxationem Iuramenti concedere, vt illa concessa possint agere ad contractus recessione, aut iusti preci supplementum. Quia ex Iuramento absolutè prædicto, quo puberis iurauit non contravenire contractui, non videantur excludere beneficium l. 2. Cod. de res in denda venditione. Et ita docent multi quoque resonant & sequuntur Couart. de pacis p. 3. p. 4. cap. 5. Molina lib. 2. de primogeniti c. 3. num. 2. Anton. de Padilla in leg. 2. num. 3. Gutierrez de Iuramento l. p. 2. 6. num. 8. & in Authent. Sacramenta à puberis à num. 86. Anton. Gomez. 2. tom. variar. c. 14. de reformis minorum num. 10. Matienzo l. recopil. sit. 1. 1. 1. 1. Gloss. 8. num. 5. Sanch. 1. 3. sum. c. 21. n. 18. Quod à fortiori procedit si limitare iurant: scilicet, se non contravenient ratione minoris statim, tunc si enormiter lessint, possunt agere etiam absque Iuramenti relaxationem, vel ad recessione contractus, vel ad supplementum iustum pretium præratione lessioni. Sic Sanch. illo c. 21. num. 18. cum Couart. c. 5. 4. num. 6. Matienzo eadem Gloss. 8. num. 5. Ratio est: Quia apponendo illam limitationem clare indicatur solum vele habeat contractu ratione statim, non vero ratione lessioni, alteriusve causa.

3. Verum si minores expesse iurarent, le non contravenient contractui, neque ratione minoris statim, neque ratione lessioni, aut alia ratione non poterunt ab eo Iuramento, ratione enormous lessioni, quia hæc expesse iurarent, bene tamen poterunt ab eo iure ratione enormous lessioni, quia hæc iurant non sunt renuntiatae. Sic Sanch. lib. 1. c. 21. n. 18. & Gutierrez. Authent. Sacramenta p. 88. & ali apud istos. Si quem lessio enormous (hoc est ultra dimidium exfiltrationis) coniungit simul cum meo reverentia & obsequio paterni, aut maritalis poterunt à Iuramento abfolui, & agere ad contractus recessione ratione enormous lessioni. Quia metu ille restringit iunctus lessioni præstat præsumptionem doli, & opressionis, & defectum liberi consensus. Sic Couart. d. 3. p. 5. 4. num. 7. Alcarius in c. cum corrigat. n. 2. & num. 81. de iuramento, & aliis relat. Gutierrez. Authent. Sacramenta puberum, num. 93. & 94.

4. Quod si supradicta Iuramenta copiæ majoriora contineant praestentur à maioribus 25. annis co calo; quo præstari possunt; non poteris ei beneficium relaxationis concedi ob enormem lessionem; sed tantum ob enormous lessionem. Quia contractus appositione Iuramenti sensent renuntiatae lessioni enormous. Quia hæc dolo & quiparuntur. Sic Couart. multa allegoria de patre 3. p. 5. 4. num. 4. & 5. Padilla leg. 2. C. de res in denda venditione num. 32. Gutierrez. Authent. Sacramenta à puberis num. 92. & de Iuramento l. p. 2. 6. num. 5. & 7. Molina lib. 2. de primogeniti c. 3. num. 2. Sanchez l. cap. 21. num. 18.

5. Quod si inquiras, que sit ceasenda enormous lessio? Alij quos iher. Molina illo n. 8. Existimant esse lessionem ultra quadruplum, vel saltem triplum iusti pretii; ipse tamen arbitrio iudicis relinquuntur; Couart. vero lib. 2. varior. c. 2. 5. c. 2. 6. Cagliodoro diff. 1. titul. de empio. Padilla leg. 2. C. de res in denda venditione num. 41. Gutierrez. diff. cap. 2. 5. 7. Quibus sensent videtur Sanchez illo cap. 21. num. 5. Existimant lessionem enormous iudicandam esse, que inde excedit iustum pretium. Vnde testatur Couartus in Pratorio Granaten se vidisse in prima, & secunda supplicationis instanti decisum esse, hanc lessionem enormous contigisse, cum domus valoris ter milie, & quinq. iutorum auct. rerum vendita fuit milie & quinq. aures, & in præcepto Rotæ referit ex Cagliodoro iudicatum, hanc lessionem contigisse, cum res valoris bis milie & trecentum auct. solis milie fuit vendita, & hæc videtur vero sententia.

6. Debet